

SATYRA III.

Omnibus hoc vitium est cantoribus, inter amicos
 Ut nunquam inducant animum cantare rogati;
 Injussi nunquam desistant. Sardus habebat
 Ille Tigellius hoc: Cæsar, qui cogere posset,
 Si peteret per amicitiam patris atque suam, non 5
 Quidquam proficeret: si collibisset, ab ovo
 Usque ad mala citaret, Io Bacche, modò summa
 Voce, modò hâc, resonat chordis quæ quatuor ima.
 Nil æquale homini fuit illi: sæpe velut qui
 Currebat fugiens hostem; persæpe velut qui 10
 Junonis sacra ferret: habebat sæpe ducentos,
 Sæpe decem servos: modò, reges atque tetrarchas,
 Omnia magna loquens; modò, sit mihi mensa tripes, et
 Concha salis puri, et toga quæ defendere frigus,
 Quamvis crassa, queat. Decies centena dedisses 15
 Huic parco, paucis contento; quinque diebus
 Nil erat in oculis. Noctes vigilabat ad ipsum
 Manè; diem totum stertebat. Nil fuit unquam
 Sic impar sibi. Num aliquis dicat mihi, quid tu?

SATIRA III.

Es de todo cantor vieja manía,
 Si le ruegan cantar, no abrir la boca,
 Ni cerrarla si nadie le provoca.
 Esto al sardo Tigelio sucedía;
 Y César mismo nada alcanzaría,
 Aunque por la amistad se lo rogára,
 Con que su padre y él siempre le honrára.
 Mas si ganas le entraban al bellaco,
 Y á entonar empezaba el *Salve Baco*,
 Seguía hasta acabado ya el banquete,
 Ora por bajo, y ora por falsete.
 Desigual siempre, ó daba una carrera
 Cual si de un enemigo armado huyera,
 O iba con paso lento,
 Cual si de Juno en fiesta,
 Llevase en procesion la sacra cesta.
 Con diez esclavos ora, ora con ciento,
 De reyes ora ó príncipes hablando;
 O ya el tono bajando,
 « Humilde mesa es el anhelo mio,
 Decía, y una concha por salero,
 Y un vestido grosero,
 Con que me pueda guarecer del frío. »
 Mas si á este, que con poco se fingía
 Satisfecho y aun harto,
 Le dieses un millon, al otro día
 No le quedára en la gaveta un cuarto.
 Hasta el amanecer no se acostaba,
 Y los dias durmiendo los pasaba.
 Nunca en fin hubo, entre rareza y canto,
 Quien de sí mismo disfriese tanto.

Nullane habes vitia? Imò alia, et fortasse minora. 20
 Mænius absentem Novium cum carperet; heus tu,
 Quidam ait, ignoras te? An ut ignotum dare nobis
 Verba putas? Egomet mi ignosco, Mænius inquit.
 Stultus et improbus hic amor est, dignusque notari.
 Cum tua pervideas oculis mala lippus inunctis, 25
 Cur in amicorum vitiiis tam cernis acutum,
 Quàm aut aquila, aut serpens Epidaurius? At tibi contrà
 Evenit, inquirant vitia ut tua rursus et illi.
 Iracundior est paulo; minus aptus acutis
 Naribus horum hominum: rideri possit, eò quòd 30
 Rusticiùs tonso toga defluit, et malè laxus
 In pede calceus hæret. At est bonus, ut melior vir
 Non alius quisquam: at tibi amicus: at ingenium ingens
 Inculto latet hoc sub corpore. Denique te ipsum
 Concute, num qua tibi vitiorum in severit olim 35
 Natura, aut etiam consuetudo mala; namque
 Neglectis urenda filix innascitur agris.
 Illuc prævertamur; amatorem quòd amicæ
 Turpia decipiunt cæcum vitia, aut etiam ipsa hæc
 Delectant; veluti Balbinum polypus Agnæ. 40
 Vellem in amicitia sic erraremus, et isti

Al oír esto, acaso dirá alguno,
 «Y ¡qué! ¿no tienes tú vicio ninguno?»
 —«Sí, pero de otra especie diferente.»
 Hablaba Menio mal de Novio ausente;
 Y uno le dijo, «y tú ¿no te conoces?»
 O ¿piensas deslumbrarnos con tus voces,
 Cual si ya no supiéramos tu tono?»
 —«Pero yo mi locura,
 Dijo Menio, á mi mismo me perdono.»
 ¡Fátua indulgencia, digna de censura!
 ¡Qué! ¿para ver tus faltas serás ciego,
 Y las de tus amigos verás luego,
 Con ojos cual de un águila ó serpiente?
 Y bien, ¿la demas gente
 No imitará tu traza,
 Y tus defectos sacará á la plaza?
 «Aquel, dices no gusta de burlones,
 De cólera tal vez tiene arrebatos;
 Suelta la toga, es una risa vello,
 Mal cortado el cabello,
 Caérsele de grandes los zapatos.»
 Sí; pero es honradísimo, es tu amigo,
 Y aunque muy poco á acicalarse atento,
 Es hombre de saber y de talento:
 Y tu, si lo repasas bien contigo,
 En ti hallarás ó vicios naturales,
 O vicios de costumbre;
 Que campos eriales
 Dan solo helechos, buenos para lumbre.
 A imitarle el amante nos convida,
 Que las faltas no ve de su querida,
 Si no es que en ellas se deleita fino,
 Qual de su Agna el tumor place á Balbino.
 A un error de esta clase,
 Si de este modo la amistad errase,

Errori nomen virtus posuisset honestum.
 At, pater ut nati, sic nos debemus, amici
 Si quod sit vitium, non fastidire. Strabonem
 Appellat pætum pater, et pullum, malè parvus 45
 Si cui filius est, ut abortivus fuit olim
 Sisyphus; hunc varum, distortis cruribus; illum
 Balbutit scaurum, pravis fultum malè talis.
 Parcìus hic vivit; frugi dicatur. Ineptus
 Et jactantior hic paulo est; concinnus amictis 50
 Postulat ut videatur. At est truculentior, atque
 Plus æquo liber; simplex, fortisque habeatur.
 Caldior est; acres inter numeretur. Opinor
 Hæc res et jungit, et junctos servat amicos.
 At nos virtutes ipsas invertimus, atque 55
 Sincerum cupimus vas incrustare. Probus quis
 Nobiscum vivit, multum demissus homo; illi
 Tardo, cognomen pingui damus. Hic fugit omnes
 Insidias, nullique malo latus obdit apertum,
 Cum genus hoc inter vitæ versetur, ubi acris 60
 Invidia, atque vigent ubi crimina; pro bene sano
 Ac non incauto, fictum astutumque vocamus.
 Simplicior quis, et est qualem me sæpe libenter
 Obtulerim, tibi, Mæcenas, ut fortè legentem
 Aut tacitum impellat quovis sermone molestus; 65

Un nombre honroso la virtud daría;
 O hacer con sus amigos debería
 Cada cual, como el padre con sus hijos.
 El padre dice de uno que es bisojo,
 «Ladea un poco el ojo;»
 De otro que es como Sisifo de enano,
 Dice que es un pollito;
 Al patiuerto llama estevadito,
 Y entre dientes, del que anda á rempujones,
 Dice, «gruesos tiene los talones.»
 De un tacaño cubriendo así el oprobio,
 Dí que es frugal y sobrio;
 Al vano fanfarron, llama festivo,
 Al iracundo, vivo,
 Y al duro, y libre mas que convenia,
 Veraz, sencillo y franco en demasia.
 Esto, si bien se observa,
 Es lo que la amistad traba y conserva.
 Mas nuestro juicio escaso
 Convierte en vicio la virtud mas pura,
 Y mancha y desfigura
 Con un feo barniz el limpio vaso.
 Al hombre mas honrado y mas modesto,
 Mazacote llamámosle y molesto:
 Al otro que sospecha
 Que el crimen y la envidia vil le acecha,
 Y prudente, por ello
 Cuida que nadie pueda sorprendello,
 En vez de precavido ó de juicioso,
 Le llamamos falaz ó artificioso.
 Si al que lee ó medita llega alguno,
 Sencillo ó importuno,
 A interrumpir con una frusleria,
 Cual yo lo hago contigo cada dia,
 O Mecenas querido,

Communi sensu planè caret, inquit. Eheu!
 Quàm temere in nosmet legem sancimus iniquam!
 Nam vitii nemo sine nascitur; optimus ille est,
 Qui minimis urgetur. Amicus dulcis, ut æquum est,
 Cum mea compenset vitii bona, pluribus hisce 70
 (Si modò plura mihi bona sunt) inclinet, amari
 Si volet: hæc lege in trutinâ ponetur eadem.
 Qui ne tuberibus propriis offendat amicum
 Postulat, ignoscet verrucis illius. Æquum est
 Peccatis veniam poscentem reddere rursus. 75
 Denique quatenus excidi penitus vitium iræ,
 Cætera item nequeunt stultis hærentia; cur non
 Ponderibus modulisque suis ratio utitur? ac, res
 Ut quæque est, ita supplicii delicta coercet?
 Si quis eum servum, patinam qui tollere jussus, 80
 Semesos pisces tepidumque ligurierit jus,
 In cruce suffigat, Labeone insanior inter
 Sanos dicatur. Quantò hoc furiosius, atque
 Majus peccatum est? Paulùm deliquit amicus;
 (Quod nisi concedas, habere insuavis, acerbus) 85
 Odisti et fugis, ut Rusonem debitor æris;
 Qui nisi cum tristes misero venere Kalendæ,
 Mercedem aut nummos unde extricat, amaras

Decimos que es un hombre sin sentido;
 Sin reparar que cuando así fallamos,
 Terrible ley contra nosotros damos,
 Pues sin vicios ninguno al mundo viene,
 Y aquel es el mejor que menos tiene.
 Pese el leal amigo, como es justo,
 Mis faltas y mis prendas á su gusto,
 Y cuando á aquellas estas sobrepujen,
 Inclínese á mi lado,
 Si es que de mí pretende ser amado,
 Y que con igual vara yo le mida;
 Que el que indulgencia pida
 Con sus tachas, Mecenas,
 Debe indulgente ser con las ajenas,
 Y el favor que alcanzar de uno se piense,
 Es justo que á él también se le dispense.
 Mas pues de los humanos corazones
 Los arraigados vicios y pasiones
 Es imposible descuajar del todo,
 Cierta término y modo
 Debe el hombre emplear de razón buena,
 Y á cada crimen señalar su pena.
 Si á su esclavo á la muerte uno destina,
 Porque al llevar un plato á la cocina,
 Del pescado ó la salsa prueba un poco,
 Reputarâle un cuerdo por mas loco
 Que al mismo Labeon. Pues ahora digo,
 Mas crimen es que si faltó un amigo
 En una cosa leve,
 (Pues tal su falta reputarla debe
 Quien de cruel no quiera se le arguya)
 Se le aborrezca y huya,
 Cual huye de Ruson el deudor triste,
 Que si asomando la calenda aciaga,
 El capital ó el interés no paga,

Porrecto jugulo historias, captivus ut, audit.
 Comminxit lectum potus, mensâve catillum 90
 Evandri manibus tritum dejecit: ob hanc rem,
 Aut positum ante meâ quia pullum in parte catini
 Sustulit esuriens, miâus hoc jucundus amicus
 Sit mihi? Quid faciam, si furtum fecerit, aut si
 Prodiderit commissa fide, sponsumve negarit? 95
 Queis paria esse fere placuit peccata, laborant
 Cum ventum ad verum est: sensus, moresque repug-
 nant,
 Atque ipsa utilitas, justi prope mater et æqui.
 Cum prorepserunt primis animalia terris,
 Mutum et turpe pecus, glandem atque cubilia prop-
 ter, 100
 Unguibus et pugnis, dein fustibus, atque ita porrò
 Pugnabant armis, quæ post fabricaverat usus:
 Donec verba, quibus voces sensusque notarent,
 Nominaque inveneret: dehinc absistere bello,
 Oppida cœperunt munire, et ponere leges, 105
 Ne quis fur esset, neu latro, neu quis adulter;
 Nam fuit ante Helenam cunnus teterrima belli

Debe sufrir como menguado siervo,
 Del usurero el denostar acerbo.
 Si á otro, porque la cama en que comia,
 Manchó enmedio de un báquico arrebató,
 O derribó algun plato,
 En que el cincel de Evandro relucia,
 O se comió una polla regalada
 Para mí destinada,
 ¿Estimaréle en menos? Pues ¿qué hiciera
 Yo mas si él me robara,
 Si una palabra dada no cumpliera,
 O si un secreto mio revelara?
 Entrando en discusion, veranse estrechos
 Los que todo delito igual reputan;
 Pues su opinion refutan
 El buen sentido, el hábito del mundo,
 Y hasta la utilidad, que es las mas veces
 De la justicia el manantial fecundo.
 Cuando del suelo por la vez primera
 La raza pululó de los humanos,
 Sustento y madriguera
 Mudos, cual muda fiera,
 Disputaron con uñas y con manos.
 Con palos pelearon en seguida,
 Y armas mas tarde usó su enojó ciego,
 Que la necesidad fabricó luego:
 En un language al fin convino el hombre,
 Y á cada objeto señaló su nombre.
 Cesó entonces la guerra encarnizada;
 Los pueblos mal seguros
 Se rodearon de elevados muros,
 Y la ley acatada
 A adúltero y ladron señaló pena:
 Pues mucho antes que naciese Helena,
 De guerra atroz y dura

Causa; sed ignotis perierunt mortibus illi,
 Quos venerem incertam rapientes, more ferarum,
 Viribus editior cædebat, ut in grege taurus. 110
 Jura inventa metu injusti fateare necesse est,
 Tempora si fastosque velis evolvere mundi.
 Nec natura potest justo secernere iniquum,
 Dividit ut bona diversis, fugienda petendis.
 Nec vincet ratio hoc, tantumdem ut peccet idemque, 115
 Qui teneros caules alieni fregerit horti,
 Et qui nocturnus sacra Divum legerit. Adsit
 Regula, peccatis quæ pœnas irroget æquas;
 Ne scuticâ dignum horribili sectere flagello:
 Nam, ut ferulâ cædas meritum majora subire 120
 Verbera, non vereor; cum dicas esse pares res
 Furta latrocinii, et magnis parva mineris
 Falce recisurum simili te, si tibi regnum
 Permittant homines. Si dives, qui sapiens est,
 Et sutor bonus, et solus formosus, et est rex; 125
 Cur optas quod habes? Non nosti quid pater, inquis,
 Chrysippus dicat: sapiens crepidas sibi nunquam
 Nec soleas fecit; sutor tamen est sapiens. Quò?
 Ut quamvis tacet Hermogenes, cantor tamen, atque
 Optimus est modulator: ut Alfenus vafer, omni 130
 Abjecto instrumento artis, clausâque tabernâ,

Fue causa amor, y fue lo la hermosura;
 Si bien á aquel que como bruto andaba,
 Y en pos la vaga Venus se lanzaba,
 Rival de mas valor daba la muerte,
 Cual mata al toro debil toro fuerte.
 Que para reprimir toda violencia
 Se inventaron las leyes,
 De los siglos pasados la esperiencia
 Lo prueba, y de los fastos la lectura;
 Pues si basta natura
 Lo útil á discernir de lo dañoso,
 No de lo justo asi lo criminoso.
 Ni la razon persuadirá por cierto,
 Que sea acreedor á igual reproche
 El que las berzas destrozó de un huerto,
 Que aquel que un templo saqueó en la noche.
 Debe pues una regla existir fija,
 Que el crimen siempre en proporcion corrija:
 Si no, despedazáras
 Por levisimas faltas á cualquiera;
 Pues que menor castigo tú ordenáras
 A alguno que mayor le mereciera,
 No es de esperar de quien, cual tú, asegura
 Que es lo mismo un gran robo que una usura,
 Y que á ser rey, trataras igualmente
 Al grande y al pequeño delincuente.
 En fin, si el sabio es siempre poderoso,
 Sobresaliente artista, único hermoso,
 Y rey, y todo en fin, segun tú crees,
 ¿A que pides aquello que posees?
 Mas dirásme quizá: « Bien lo examina,
 No es esa de Crisipo la doctrina.
 Que el sabio hace zapatos no se entienda,
 Mas con ser sabio, es zapatero, y bueno;
 Y á la manera que el sutil Alfenio

Sutor erat: sapiens, operis sic optimus omnis,
 Est opifex solus, sic rex. Vellunt tibi barbam
 Lascivi pueri, quos tu nisi fuste coerces,
 Urgeris turbâ circum te stante, miserque 135
 Rumperis et latras, magnorum maxime regum.
 Ne longum faciam: dum tu quadrante lavatum
 Rex ibis, neque te quisquam stipator, ineptum
 Præter Crispinum, sectabitur; et mihi dulces
 Ignoscent, si quid peccavero stultus, amici; 140
 Inque vicem illorum patiar delicta libenter,
 Privatusque magis vivam te rege beatus.

NOTAS.

Yo creo que esta sátira es la composición mas filosófica que nos ha dejado la antigüedad, y que bajo el concepto de la moralidad, es superior aun á las mas hermosas composiciones líricas de nuestro autor, que como he dicho en otra parte, creó la oda filosófica, de que los griegos no le habian dejado modelo alguno.

Sabido es que la moral de los estóicos tenia entre muchos principios útiles, que en gran parte apropiaron despues al cristianismo los padres mas ilustrados de los primeros siglos de la iglesia, ciertos dogmas absurdos

Es zapatero, aunque cerró su tienda,
 Y aunque no sin cesar esté cantando,
 Hermógenes es siempre un cantor blando,
 El sabio en todas artes es maestro,
 Y rey tambien en el dictamen nuestro.
 —Muy bien, mas con corona y con reinado,
 A tí, rey de los reyes elevado,
 Atrevidos mozuelos
 De la barba descuájante los pelos,
 Y si el garrote á huir no los obliga,
 Cada cual te fatiga,
 Con burlas y matracas,
 Provocando tus gritos y alharacas.
 En fin, mientras que rey, envilecido
 Por un ochavo vayas á bañarte,
 Del imbecil Crispin solo seguido;
 Mientras de mis amigos por su parte
 Las faltas disimule la indulgencia,
 Y yo las tuyas sufra con prudencia,
 De mas feliz mi oscuridad blasona,
 Que tú con tu quimérica corona.

que desacreditaban la virtud, haciéndola impracticable, y á cuya clase pertenecia, entre otros, el de que todos los delitos eran iguales, dogma que Zenon, fundador de la secta, habia tomado de las bárbaras leyes de Dracon, escritas, segun se ha dicho muchas veces, con sangre en vez de tinta. Este principio, igualmente que otros del mismo patriarca del estoicismo, habian sido, como sucede ordinariamente, exagerados por sus discípulos; resultando de aqui que á los errores de Zenon se habian agregado otros, que no eran suyos á la verdad, pero cuya responsabilidad recaia necesariamente sobre la escuela toda, pues eran pocos los que sabian distinguir los dogmas primitivos de ella, de los que sucesivamente se les agregaron.